Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0001

Hochzeit- und andere Carmina Vol. II.

A. IV. 75. Quart.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0002

13. 12. a.

# ΓΑΜΗΛΙΑ

In

# FESTIVITATEM NUPTIARUM

Reverendi & doctisſimi viri

# DN. DAVIDIS STOLLII

In templo Paulo - Petrino apud
Gedanenſes

*Verbi divini Miniſtri fidelisſ.*

SPONSI.

Et Honeſtisſimæ virginis

# CATHARINÆ

*Doctisſimi & Humanisſimi viri*

DN. JOHANNIS MARTINI Recto-
ris Scholæ Marianæ Dantiſc.
dignisſ. filiæ

SPONSÆ

*IV. Id. Septemb. cum bono* DEO
*celebrand.*

Conſcripta ab amicis.

---

DANTISCI

Typis Andreæ Hünefeldii

Anno CHRISTI

M. DC. XIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0004

*Clariſſ. Viris*

DN. JOHANNI MARTINO

&

DN. DAVIDI STOLLIO

Socero & Genero,

Amicis.

*HOc quoq; vos voto mactandos cenſeo jurè,*
*Tractatis calidi dum ſacra juratori;*
*Te* MARTINE *Patrem Socerumq; hoc federe Natæ;*
*Te Sponſum &* Generum, STOLLI *Amor Euſebiæ,*
*Omnia ſuccedant feliciter auſpice* CHRISTO:
*Néve novam turbet morbus, Eris ve domum.*
*Sed (longum ô!) veſtrum traducite molliter ævum:*
*Adfluat & gravidi copia dives agri.*
*Sic Mater* CATHARINA, *Pater ſic* STOLLIUS *eſto:*
*Sic* MARTINE *Parens ac Socer, eſto & Avus.*

Benè ominans voveb.

αὐτοσχεδίως

CASPAR CUNRADUS,

Phil. & Med. D. Breſlæ.

Πρὸς τὸν ΙΩΑΝΝΗΝ ΜΑΡΤΙΝΟΝ, τῆς ἐν τῷ Μαριανῷ τῶν Γεδανικῶν διδασκαλείῳ τῶν παίδων ἀσκήσεως καὶ ἀγωγῆς προστάτην.

Θαυμαστὴ πέλεται πομπὴ θεοῦ αἰὲν ἐόντος,
ἣ ἁγίους πέμπει, εὐσεβέας τε ἐούς.
Θαυμαστὴ πέλετ', οὐ μεμπτή. μόνος αὐτὸς ἄμεμπτος,
νημερτής θ', ἅγιοι ψευδαλέ' εἰσὶν ἄγαν.
Νημερτὴς θεός ἐστι, θεοῖο δίκαια τὰ ἔργα,
κἂν δοκέει ἡμῖν σκληρὰ ἐκεῖνα πέλειν.
τοὺς ἁγίους ἐκόλασσε θεός. τοῦτ' ἔργμα ἔρωτος
ἐστὶ θεοῦ σώζειν βουλομένοιο ἐούς.
τοὔνεκα σοῦ μηροῦ σκώτελψιν, ἀμώμονα πομπὴν
τὴν κόλασιν τ' οἴου ἀϊδίοιο πατρός.
ἥ σ' αὐτὸς κορέει, σὲ ταπεινοφρονοῦντα κελεύει
ἔμμεναι, ἐν τ' αὐτῷ ἐλπίδα αἰὲν ἔχειν.
κεῖνος γὰρ προϊάπτει εἰς ἀΐδ', αὖθις ἀνέλκει
ἐξ ἀΐδος, κάρφει, καὶ βελάει τὸ πάλιν.
τοῦ Ιακὼβ μηρὸν πάλαι ἐξαρθρώσατ' ἀγητὸς
Ἄγγελος, ἔνθ' Ιακὼβ χωλὸς ἔμεινεν ἀεί.
Ἄγγελος εὐλογίην μετέδωκεν ὁ αὐτὸς ἀπείρων
τῷ Ιακὼβ· πομπεὺς ἐὺς θεὸς οὗτος ἔην.
τοῦτον τὸν τρόπον οὐ μὲν ἄνευ ἀνίης κλάσε μηρὸν
μοῖρά σοι οὐ νοερὴ πάμπαν ἀμαυροτάτη.
ἀλλὰ Θεοῦ φανερὴ χάρις ἡδυέπεια πάλιν σοι
θυμὸν στηρίζει, ἐλπίδ' ὀπάζει ἐμοῦ.
Γαμβρόν σοι προσάγει, σέ τε πενθερὸν εἶν ἐπιτέλλει,
καὶ νεαρὴν φιλίην οἴκῳ ἔγειρε τεῷ.

τὸν

τόν τε ΔΑΒΙΔ ΣΤΟΛΛΙΔΗΝ σὺν ΚΑΘΑΡᾼ, ζυνέδησε

τῷ φίλτρῳ γαμικῷ ἄνδρα θυγατέρ᾽ καλόν,

εὖτε δ᾽ ὁμοφροσύνη συνέλλει σφι γαμοῦντας,

ἡ χαρ᾽ ἀπειρεσίη τὸν θάλαμον ζυνέχει.

ὄφρα δὲ χάρματ᾽ ἔχῃς, καὶ ἔκγονα θρέμματα θυμῷ

ἐμβλέψῃς ἀγανῷ, θρέμματα τερπνὰ γάμου,

καὶ πάππος κληθῇς Στολλιδῶν τῶν ὑπὸ μικρῶν

τῆς ἀπαλαῖς φωναῖς, μειλιχίας τ᾽ ἔπεσιν,

τοῦτό σοι ἐκ κραδίης πιστῆς, φίλε, εὔχομαι, εὐχῇ

δῷη ἐμοῦ τὸ τέλος παντοκράτωρ, ὁ θέλων.

Ἀδὰμ ὁ Φρειτάγιος ἐκ τοῦ πυλῶν
τῆς Βορουσίας.

## AD SPONSUM.

Reverendum Virum

# Dn. DAVIDEM STOLLIUM

in Templo Paulo - Petrino apud Gedanenſes
Verbi divini Miniſtrum.

Sponſe Dei Præco, divina oracula noſti:
Quod ſoli non ſit vivere tutum homini.
Quando etenim cadit is, non eſt, qui ſublevet illum,
Auxiliatricem porrigat atq; manum.
Præterea cœli terræq; hoc Arbiter unus
Cenſuit, ut Mas & Fœmina ſint cor idem.
Ut conceſſus amor gemino ſub pectore vivat,
Procreet & ſancto pignora digna toro:
Alter & alterius ſortem ſoletur acerbum,
Inq; vices veniant Fœmina Virq; ſibi
Res acquirendo, quas cura domeſtica poſcit,
Quæq; ſuâ vitam hanc commoditate juvant.
Ipſe Deus Paranymphus erat, dum labe careret.
Primus adhuc hominum, quotquot in Orbe, Pa-(rens:
Non potuit ſociâ tamen ille carere: Proinde
E coſtâ ſociam condidit ipſe Deus:
Unde genus noſtrum, ſummo adſpirante JEHOVAH,
Crevit; & in Mundo Regna tot inde vigent.

Viva

Viva DEI Patris effigies ſocialia feſta
Ipſe adiit CHRISTUS, miraq; dona dedit.
Nam quia defectus turbarat gaudia, vino
Deficiente, novum protulit ille merum.
Sic declaravit, quòd ſancta hæc fœdera curet,
Furtivos graviter puniat atq; toros.
Orbis ab exortu ceu vincla jugalia juvit,
Sic hodie licitis ignibus ille favet.
Defectus ſupplet, ſortemq; retundit acerbam,
Votaq; concordis ſuſcipit ille paris.
Hæc tu ſponſe agitans ſolerti mente ſtatutis
Antetuliſti hominum Juſſa verenda DEI.
Lege tibi ſocias CATHARINAM, lege revinctus
Illi, conjugii fœdera ſacra coles.
Conſtringunt homines pravi ſub cælibe vitâ,
Scilicet hos omnes, quos ſacer ordo tenet:
Arcent conjugio, quos ſacro Chriſmate inungunt,
Impreſſa & quibus in vertice nota nota eſt.
Interea qualis ſit mens his: id benè novit,
Qui mentis novit ſenſa remota, DEUS:
Ipſa dies docuit, docet experientia, libri
Hiſtorici vitæ cœlibis acta docent.
Sed miſſa hæc fiant. Veri nam gratia nulla eſt:
Hoc cane fex hominum pejus & angue fugit.
Verùm qui ſapiunt, Veri verba omnia leni
Sedatoq; animo, ſint licet aſpra, ferunt.

Ergo

Ergo DAVID STOLLI CATHARINÆ jungere felix,
Auſpice, qui curat talia cuncta, DEO.
Vive diu, officii fac munera juſta: JEHOVAH
Accumulet veſtrum proſperitate torum.

M. Adamus Freitag Thorun.
Boruſſus l. mq; F.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0011

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0012

13 12. a

ΓΑΜΗΛΙΑ

In

# FESTIVITATEM NUPTIARUM

Reverendi & doctiſsimi viri

# DN. DAVIDIS STOLLII

In templo Paulo-Petrino apud Gedanenſes

*Verbi divini Miniſtri fidelisſ.*

SPONSI.

Et Honeſtiſsimæ virginis

# CATHARINÆ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-1881578089-19/fragment/page=0013